



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvphrii Panvinii Veronensis Fratris Eremitae
Augustiniani. De Praecipvis Urbis Romae
sanctioribusq[ue] basilicis, quas Septem ecclesias uulgo
uocant, Liber**

Panvinio, Onofrio

Romae, 1570

De ecclesia, & titulo S. Mariæ Angelorum in Thermis Dioclitiani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11316

V. Iusti aut in ppetuum uiuēt. R. Et apud Dñm est merces eorū. Oño. Propitiare q̄simus Domine nobis famulis p̄ sanctorum tuorum, quorū corpora in hac ecclesia requiescunt, merita gloriosa: ut eorum pia intercessione ab oībus semper protegatur aduersis. Per dominū.

De ecclesia, et titulo S. Mariæ Angelorum
in Thermis Diocletiani.



Rbanus v. papa in quadā bulla sua refert, Nicolaū Vrsinū Nolanum, & Neapoleonē Vrsinum Manupelli, comites, ab se petisse licentiā edificandi monasteriū, & ecclesiā patribus Carthusianis, in antiquis Diocletiani Thermis, sub appellatione SS. Leonis, & Nicolai cōfessorū. Quā eis cōcessit. Ceterū prioris eos cōsiliij cū pœnitisset, Thermis dimissis idē monasteriū circa titulū S. Crucis in Hierusalē cōdiderunt; in quo ipsi patres Carthusiani usq; ad nostra tēpora p̄mansere. Pius IIII. P. M. aeris insalubritatē, ī quo S. Crucis basilica sita est, attēdens, antiquā Comitū Vrsinorum uoluntatiē executus, ex populi Romani consensu, Thermas ipsas iisdē patribus ea lege cōcessit, ut illi totius ordinis sui impensis monasteriū, ipse uero basilicā edificaret. Quod ab utrisq; inchoatum est. Patres monasteriū, et amplissimum claustrum, ipsorum more, iā inchoarunt: Pius ipse mediam Thermarum partem ex Michaelis Angeli Bonaroti p̄scripto occupās, eā No. Aug. anni MDLXI. in sacrā eadē solennib⁹ additis cōprecationibus uertit, beatæque Virgini, & Angelorum choris dedicauit: quod nos ipsi

ipsi uidimus, & hi uersus absidæ affixi indicant.

Quod fuit idolum, nunc tēplū est Virginis: auctor
Est pater ipse Pius. Dæmones aufugite.

Hanc ecclesiam mirum in modum exornare consti-
tuerat, sed morte præuentus id opus impfectū reliquit.

In ea est statio ab eodē pōtifice instituta, Dominica
quarta Quadragesimæ: eiq; omnes Indulgentiæ eccle-
siæ S. Crucis in Hierusalē cōmunicatæ; additæque dies
Natalis, Paschæ, Pentecostes, & festiuitatum B. Ma-
riæ, quibus multæ indulgentiæ eā uisitantibus cōcessæ.

Precandi formula.

Ad altare B. Virginis, & Angelorū. Pr noster.
Aue Ma. Antiph. Qñ natus es ineffabiliter ex Virgi-
ne, tunc impletæ sunt scripturæ, sicut pluuia in uellus
descendisti, ut saluum faceres genus humanū: te lauda-
mus Deus noster. V. Diffusa est gratia in labijs tuis. R.
Propterea benedixit te Deus ī æternū. Oro. Cōcede nos
famulos tuos, q̄simus Dñe Deus, ppetua mentis & cor-
poris sanitate gaudere, & gloriose beate Mariæ sem-
per Virginis intercessione, a præsentī liberari tristitia,
& æterna perfrui letitia. Per dominum nostrum.

Antiph. pro Angelis. Dum sacrū mysteriū cerneres
Ioānes, archāgelus Michael tuba cecinit: Ignosce dñe
Deus noster, qui a pis librū, & soluis signacula eius. V.
stetit Angelus iuxta arā templi. R. Habens thuribulū
aureum in manu sua. Oratio. Deus, qui miro ordine an-
gelorum ministeria, hominumq; dispensas, cōcede pro-
pitius, ut quibus tibi ministrantibus in cælo semper as-
sistitur, ab his in terra uita nostra muniatur. Per domi-
num nostrum Iesum Christum &cet.

FINIS.

DE VITAE R. BISHOP. C. 1.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a Latin manuscript, possibly a biography or a historical account, given the header. The script is a formal Gothic hand, and the ink is significantly faded and blurry.

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or a reference number.